Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

P.Terentij sex:|| quae extant: Comoediae. An=||dria. Eunuch[us]. Heautontimo=||rumenos. Adelphi. Ecyra.|| Phormio.|| ... [qui]=||b[us] erudita Philippi Melę Brettani p̃posita est epi||stola ... || ...

Terentius Afer, Publius

Lipsiae, 1519

Actvs tertivs

urn:nbn:de:bsz:31-114211

Visual Library

Quid Dauus narrat? Da. æque quicq̃ nunc quidem. Si.
Nihil ne? hem. D. nihil pr̃ſus. Si. Atqui expectabam quidem. Da.
Præter ſpem euenit ſentio, hoc male habet uirum. Si.
Potin es mihi uerum dicere? Da. Nihil facilius. Si.
Num illi moleſtæ quidpiam hæ ſunt nuptiæ,
Propter huiuſcæ hoſpitæ conſuetudinem? Da.
Nihil hercle, aut ſi adeo, bidui aut tridui eſt
Hæc ſollicitudo, noſtin? deinde deſinet.
Etenim ipſe ſecum eam rem recta reputauit uia. Si.
Laudo. Da. Dum licitum eſt ei: dumq; ætas tulit,
Amauit. tum id clam cauit, ne unq̃ infamiæ
Ea res ſibi eſſet, ut uirum fortem decet.
Nunc uxore opus eſt, animũ ad uxorem appulit. Si.
Subtriſtis uiſus eſt eſſe aliquantulum mihi. Da.
Nihil propter hanc rem, ſed eſt quod ſuccenſet tibi. Si.
Quidnã eſt? D. Puerile eſt. Si. Quid eſt? D. Nihil. S. Quin dic qd (eſt? Da.
Ait te nimiũ parce facere ſumptum. S. me ne? D. Te.
Vix inquit drachmis eſt obſonatus decem,
Nõ filio uidetur uxorem dare.
Quem inquit uocabo ad cœnam meorum æqualium
Potiſſimũ nunc? & quod dicendum hic ſiet,
Tu quoq; perparce nimium, non laudo. Si. Tace. Da.
Commoui. Si. Ego iſtæc recte ut fiant uidero.
Quidnam hoc rei eſt? quid hic uult ueterator ſibi?
Nam ſi hic mali eſt quicq̃, hem, illic eſt huic rei caput.

TERTIVS ACTVS.

MYSIS. SIMO. DAVVS. LESBIA. GLYCERIVM.

Verſus eiuſdem rationis.

Ta pol quidem res eſt (ut dixti) Leſbia,
I Fidelem haud ferme mulieri inuenias uirum. Si.
Ab Andria eſt ancilla hæc, qd narras? D. Ita eſt. M. ſed
Hic Pamphilus. Si. Quid dicit? My. Firmauit fidem. Si. hem. Da.
Vtinam aut hic ſurdus, aut hæc muta facta ſit. My.
Nam quod peperiſſet, iuſſit tolli. Si. O Iupiter.
Quid ego audio? actum eſt, ſiquidem hæc uera prædicat. Le.
Bonum ingenium narras adoleſcentis. My. Optimũ,
Sed ſequere me intro, ne in mora illi ſies. Le. ſequor. Da.
Quod remedium nunc huic malo inueniam? Si. Quid hoc?
Adeon eſt demens? ex peregrina, iam ſcio, ah
Vix tandem ſenſi ſtolidus. Da. quid hic ſenſiſſe ſe ait? Si.
Hæc primũ affertur iam mihi ab hoc fallacia.
Hanc ſimulant parere, quo Chremetẽ abſterreant. Gly.
Iuno lucina fer opem, ſerua me obſecro. Si.
Hui tam cito, ridiculum. poſtq̃ ante oſtium
Me audiuit ſtare, adproperat, non ſat commode
Diuiſa ſunt temporibus tibi Daue hæc. Da. Mihin? Si.
Non immemor es diſcipuli. Da. Ego quid narres neſcio. Si.
Hiccine me ſi imparatum in ueris nuptiis
Adortus eſſet, quos mihi ludos redderet?
Nunc huius periculo fit, EGO IN PORTV nauigo.

LESBIA. SIMO. DAVVS.

Trimetri, & Tetrametri Trochaici, & unus Dimeter Catalecticus, & Pentameter alter.

a Dhuc Archyllis quæ adſolent, quæq; oportet
Signa eſſe ad ſalutem, omnia huic eſſe uideo.

Nunc primũ fac iſtæc ut lauet, poſt deinde
Quod iuſſi ei dari bibere, & quantum imperaui.
Mox ego huc reuertar.
E caſtor ſcitus puer natus eſt e Pamphilo.
S. Deos quæſo ut ſit ſuperſtes, quandoquidem ipſe eſt ĩgenio bono,
Cunq; huic ueritus eſt optumæ adoleſcenti facere iniuriam. Si.
Vel hoc qs nõ credat q̃ te norit, abs te eſſe ortũ? Da. Quidnã id eſt?
Non imperabat coram quid opus facto eſſet puerperæ, (Si.
Sed poſtq̃ egreſſa eſt, illis quæ ſunt intus clamat de uia.
O Daue itan contemnor abs te? aut ita ne tandem idoneus
Tibi uideor eſſe, quem tam aperte fallere incipias dolis?
Saltem accurate, ut metui uidear. certe ſi reſcierim. Da.
Certe hercle nunc ipſus ſe fallit, haud ego. Si. Edixin tibi?
Interminatus ſum ne faceres? num ueritus? quid retulit?
Credon tibi hoc, nunc peperiſſe hanc e Pamphilo? Da.
Teneo quid erret, quid agam habeo. Si. quid taces? Da.
Quid credas? quaſi non renũciata tibi ſint hæc ſic fore? Si.
Mihin quiſq̃? Da. Eho, an tute intellexti hoc aſſimularier? Si.
Irrideor. Da. denunciatũ eſt. nã qui iſtæc tibi incidit ſuſpicio? Si.
Qui? quia te noram. Da. Quaſi tu dicas factum id ↄſilio meo. Si.
Certe enĩ ſcio. Da. Non ſatis me pernoſti etiã qualis ſim Simo. Si.
Ego ne te? Da. ſed ſi quid tibi narrare occepi, continuo dari
Tibi uerba cẽſes. Si. falſo. Da. Itaq; nihil hercle mutire iã audeo. Si.
Hoc ego ſcio unum, nemine peperiſſe hic. Da. Intellextin?
Sed nihilo ſecius puerum deferent huc ante oſtium.
Id ego iam nunc tibi renuncio here futurum, ut ſis ſciens,
Ne tu hoc mihi poſterius dicas, Daui factum conſilio aut dolis,

Prorſus a me opinionem hanc tuam eſſe amotam uolo.Si.
Vnde id ſcis? Da.audiui & credo.Si.multa concurrunt ſimul,
Qui coniecturam hanc nunc facio, iam prius hæc ſe e Pamphilo
Grauidam dixit eſſe inuentum eſt falſum.nunc, poſtq̃ uidet
Nuptias domi apparari, miſſa eſt ancilla ilico
Oſtetricem accerſitum ad eam, & puerum ut adferat ſimul.Da.
Hoc niſi fit,puerum ut tu uideas, nihil mouentur nuptiæ.Si.
Quid ais? cum intellexeras id conſilium capere, cur non dixti ex-
templo Pamphilo? Da.
Quis igitur eum ab illa abſtraxit niſi ego? nam omnes nos quidẽ
Scimus q̃ miſere hanc amarit, nunc ſibi uxorem expetit.
Poſtremo,id mihi da negoti. tu tamen has nuptias
Perge facere ita ut facis, & id ſpero adiuturos deos.Si.
Immo abi intro, ibi me opperire, & qđ parato opus eſt, para.
Non impulit me hæc nunc omnino ut crederem,
Atq; haud ſcio, an quæ dixit ſint uera omnia,
Sed paruipendo.Illud mihi multo maximũ eſt,
Quod mihi pollicitus eſt ipſus Gnatus.nunc Chremem
Conueniam, orabo Gnato uxorem, ſi impetro,
Quid alias malim q̃ hodie has fieri nuptias?
Nam Gnatus quod pollicitus eſt, haud dubium id eſt mihi,
Si nolit, quin eum merito poſſim cogere.
At adeo in ipſo tempore eccum ipſum obuiam.

SIMO. CHREMES.

¶ Octonarii, ac Senarii, & dimeter unus.

Vbeo Chremetem.Ch. O teipſum quærebã.Si. Et ego
te.Chre, Optato aduenis.

Aliquot me adierunt, ex te auditum qui aiebant, hodie filiam
Meam nubere tuo Gnato. id uiſo, tun, an illi inſaniant. Si.
Auſculta paucis, & qd ego te uelim, & tu qđ quæris, ſcies. Ch.
Auſculto, loquere quid uelis. Si.
Per ego te deos oro & noſtram amicitiam Chreme,
Quæ incœpta a paruis cum ætate adcreuit ſimul.
Perq; unicam Gnatam tuam, & Gnatum meum,
Cuius tibi poteſtas ſumma ſeruandi datur,
Vt me adiuues in hac re, atq; ita ut nuptiæ
Fuerant futuræ, fiant. Ch. Ah ne me obſecra,
Quaſi hoc te orando impetrare a me oporteat.
Alium eſſe cenſes nunc me, atq; olim cum dabam?
Si in rem eſt utriq; ut fiant, accerſi, iube.
Sed ſi ex ea re plus mali eſt q̃ commodi
Vtriq;, id te oro, in commune ut conſulas,
Quaſi illa tua ſit, Pamphiliq; ego ſim pater. Si.
Immo ita uolo, itaq; poſtulo ut fiat Chreme.
Neq; poſtulem abs te, ni ipſa res moneat. Ch. Quid eſt? Si.
Iræ ſunt inter Glycerium & Gnatum. Ch. Audio. Si.
Ita magnæ, ut ſperem poſſe auelli. Ch. Fabulæ. Si.
Profecto ſic eſt. Ch. Sic hercle ut dicam tibi.
AMANTIVM iræ amoris re integratio eſt. Si.
Hem id te oro, ut ante eamus dum tempus datur,
Dumq; eius lubido occluſa eſt contumeliis,
Priuſq̃ harum ſcelera & lachrumæ confictæ dolis
Reducant animũ ægrotum ad miſericordiam,
Vxorem demus. ſpero conſuetudine

Et coniugio liberali deuinctum Chreme.
Dein facile ex illis ſeſe emerſurum malis. Chre.
Tibi ita hoc uidetur. at ego non poſſe arbitror,
Neq; illum hanc perpetuo habere, neq; me perpeti. Si.
Qui ſcis ergo iſtuc, niſi periculum feceris? Ch.
At iſtuc periculum in filia fieri, graue eſt. Si.
Nempe incommoditas deniq; huc omnis redit,
Si eueniat (quod dii prohibeant) diſceſſio.
At ſi corrigetur, quot commoditates uide.
Principio amico filium reſtitueris,
Tibi generum firmũ, & filiæ inuenies uirum. Chre.
Quid iſtic? ſi ita iſtuc animũ induxti eſſe utile,
Nolo tibi ullum commodum in me claudier. Si.
Merito te ſemper maxumi feci Chreme. Ch.
Sed quid ais? Si. qd? Ch. qui ſcis eos nũc diſcordare inter ſe? Si.
Ipſus mihi Dauus (qui intimus eſt eorum conſiliis)
Dixit, & is mihi perſuadet nuptias
Quantum queam ut maturem, num cenſes faceret, filium
Niſi ſciret eadem hæc uelle? tute adeo iam eius audies
Verba, heus euocate huc Dauũ, atq; eccum uideo foras exire.

DAVVS. SIMO CHREMES.

¶ Verſus eiuſdem rationis cum ſuperioribꝰ.

D te ibam. Si. quidnã eſt? Da. cur uxor non acceſſitur?
a Iam aduesperaſcit. S. audin tu illũ? ego dudũ nõnihil
Veritꝰ ſum Daue abs te, ne faceres id qd' uulgus ſeruorũ
Dolis ut me deluderes, propterea q amat filius. Da. (ſolet,
Egon iſtuc facerem? Si. credidi. Idq; adeo metuens

Vos cælaui quod nunc dicam. Da. Quid eſt? Si. ſcies.
Nam ꝓpemodū habeo iam tibi fidē. D. tandē cognoſti q̄ ſiem. Si.
Non fuerant nuptiæ futuræ. Da. Quid non? Si. ſed ea gratia
Simulaui, uos ut pertentarē. Da. qd ais? Si. ſic res eſt. Da. Vide.
Nunq̄ iſtuc quiui ego intellegere, uah conſilium callidum. Si.
Hoc audi, ut hic te introire iuſſi, opportūe hic mihi fit obuiā. D.
Hem, numnā perim⁹? Si. narro huic q̄ tu dudū narraſti mihi. D.
Quidnā audio? Si. Gnatā ut det oro, uixq; id exoro. D. occidi. S.
Hem, quid dixti? Da. Optume inquam factum. Si. nunc per hunc
nulla eſt mora. Ch.
Domū modo ibo, ut apparentur dicam, atq; huc renuntio. Si.
Nunc te oro Daue, quoniam ſolus mihi effeciſti has nuptias. D.
Ego uero ſolus? Si. Corrigere mihi Gnatum porro enitere. Da.
Faciam hercle ſedulo. Si. potes nunc dū animus irritatus eſt. Da.
Quieſcas. S. age igitur, ubi nunc eſt ipſus? D. mirū, ni domi eſt. Si.
Ibo ad eū, atq; eadē hæc q̄ tibi dixi dicam itidē illi. D. nullus ſum.
Quid cauſſæ eſt, quin hic in priſtinū recta proficiſcar uiā?
Nihil eſt preci loci relictum, iam perturbaui omnia,
Herum feſelli, in nuptias conieci herilem filium.
Feci hodie ut fierent, inſperante hoc atq; inuito Pamphilo.
Hem aſtutias, quod ſi quieſſem, nihil eueniſſet mali.
Sed eccum ipſum uideo, occidi, utinam mihi
Eſſet aliquid hic, quo nunc me præcipitem darem.

PAMPHILVS DAVVS.

Octonarii omnes.

u Bi illic eſt ſcelus qui me perdidit? Da. perii. Pamph. atq; hoc ꝯfiteor,
Iure mihi obtigiſſe, quandoquidem tam iners, tam nulli conſilii

Sum, ſeruon fortunas meas me commiſiſſe futili?
Ergo preciũ ob ſtultitiam fero, ſed inultum id nunq̃ auferet. Da.
Poſthac incolumẽ ſat ſcio fore me, hoc nunc ſi deuito malum. P.
Nam quid ego nunc dicam patri? negabon uelle me modo
Qui ſum pollicitus ducere? qua fiducia facere id audeam?
Nec qd de me nũc faciã, ſcio. D. nec de me quidẽ, atq; id ago ſedulo
Dicã aliqd iam me inuẽturũ, ut huic malo aliq̃ pducã morã. Pã.
Ohe. Da. uiſus ſum. Pã. ehodũ bõe uir qd agis? uidẽ me tuis ꝯſiliis
Miſerum impeditum eſſe? Da. At iam expediam. Pam. Expedies?
Da. Certe Pamphile. Pam. credam furcifer?
Nempe ut modo. Da. Immo melius ſpero. Pam. oh tibi ego ut cre
Tu rem impeditam & perditam reſtituas? hem quo fretus ſiem?
Qui me hodie ex tranquilliſſima re coniecisti in nuptias,
An non dixi hoc eſſe futurum? D. dixti. P. quid meritus? D. cruce,
Sed ſine paululũ ad me redeã, iam aliquid diſpiciã. Pam. hei mihi
Cur non habeo ſpacium, ut de te ſumam ſupplicium ut uolo.
Nanq; hoc tempus præcauere mihi me, haud te ulciſci ſinit.

ACTVS QVARTVS.

CARINVS. PAMPHILVS. DAVVS.

¶ Senarii partim Trochaici, partim Quadrati, unus Pentameter

Occine eſt credibile, aut memorabile,
Tanta uecordia innata cuiq̃ ut ſiet,
Vt malis gaudeat alienis. atq; ex incommodis
Alterius ſua ut comparet commoda? ah
Id ne eſt uerum? immo id genus hominũ peſſumũ.
In denegando modo quis pudor paululum adeſt.
Poſt ubi tempus eſt promiſſa iam perfici,